

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


**Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque
sanctorum**

Brant, Sebastian

[Basel], [nicht vor 1494]

Elegiaca collaudatio diui

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](#)



Elegiaca collaudatio dñi

Sebastiani martyris: .S. Brant.

Parma tibi merito / ternis depicta triumphis
Et triplicis clypei gloria iure datur.

Celibe nanq; thoro: fidei & præcepta docendo:
Martyrioq; iug: laurea terna geris.

Te fore baptistæ similem / ter maxime martyr
Dicimus: en illi consona vita tua est.

Nam licet huic hirtus dedit indumenta camelus:
Atq; heremi fuerit incola syluifere:

Te tamen in mūdo modicum oblectauerat aula
Principis: atq; parum purpura picta mouet
Quin potius tibi pœna fuit: cōiuere mūdo:
Conterere in tantis tempus & illecebris:
At fidei augendæ ductus ratione: ferebas
Cuncta: dares lucro vt/dena talenta deo:
Per te sana quidem sunt pectora multa virorū:
Languida quę fuerant: pestifera atq; prius.
Dogma salutiferū/supero & placabile regi:
Spernantur pacto & quo simulacra: doces.
Sponte tua brauiū/stadiiq; insigne petisti:
Athletam extremū te fore nanq; pudet.
Nec te magnus honos: nec te idubitata mouebant
Supplicia: vt nolles cotinuare fidem.
Cesaris atq; minas spernis/ tormenta/sagittas/
Et pugilum quę te ledere tela putant.
Iure quidem: spes sola etenim diuina/fouebat
Teq; superlustrat gratia magna dei.
Quare age(nempe potes)miseris deposce salutem
Nostra patrocinio est causa tuenda tuo.
Vt tibi cura fuit: multis conferre medelam
Qui possent sanī tendere ad astra fide.
Vt prius Italia pestem pepulisse probaris:
Exige sic nostra de regione luem.
Posce precor populo pacem: pestemq; fugato.
Fac simul incolores viuere posse deo.
Dat tibi sancte/tuus cognitis/hancce tabellam
Brant. rogo presidio gaudeat ille tuo.

D iiii

De sancto Anthonio.

Fac pater Anthoni monachorum gloria prima;
Atque heremis cultor. cesset ut atralues.
Fac tibi deuotos serues. sacer ignis abesto
Ne perimat fragiles pestis amara reos.
Neu miseris feriat iusti patris igneus ensis.
Quas potes o senior porrige queso preces.

De sancto Quiriaco. &c. f. Pathaleone.

O Quiriace/feri qui calles demonis/artes:
Et super hunc vis est tradita magna tibi:
Illiūs ingenium: diras fugiamus & artes
Effice: ne iusti nos premat ira dei.
Panthaleon pellis morbos/ & dira venena.
Pestem pelle precor/ & mala cuncta procul.